ſentiendo referri ad animũ oia. Vt igit̃ paucis oia comple
ctar: Plato uim mentis atq; rõnis: quaſi principem locauit
in cerebro: Lõgius enim abeſt ea pars corporis a colluuio
ne ac ſordibus. Iracũdiæ uero animoſitatiſq; uæhemẽtiam
qui θύμόσ uocatur a græcis in corde: at cupiditatẽ ſub
ter præcordia ſtatuit. Cuius quidem & ordinis & ſapien
tiæ Virgilius familiaris noſter minime ignarus pulcherri
me cecinit in primo æneidos libro inquiens: Celſa ſedet
æolus arce ſceptra tenẽs: mollitq; animos & tẽperat iras.
At quare noiatum deũ exiſtimẽ: & quæ ſit eius ſecũdum
priſcos illos philoſophos definitio: rurſus paucis accipe.
Stoici qui ſũt grauiſſimi inter omnis philoſophos & acutiſ
ſimi iudicati: diuinam ſubſtantiam ita definiunt. Diuina
ſubſtantia eſt ſpiritus intelligilis igneus: qui forma carẽs:
tum in ea quæ uelit mutat̃: tũ rebus omnibus ſimul aſſimi
latur. Vt autem deus appellaret̃: huiuſmodi cauſam inue
nio. Cum ſydera ſuſpicerent homines: quæ & curſu uterẽ
tur perpetuo: at currere dicit̃ græce θέειμ thein: eſſeq; ea
dem in cauſa: ut ij contẽplerent̃: id qđ dicit̃ θεώρειμ theo
rin: Icccirco cũ aſtra cætera: tũ maxime & ſolẽ & lunã deos
noiauerũt: q̃q̃ ſunt nonnulli: q deũ dictũ arbitrent̃ Δέοσ
deos: quo noie timor ſignificat̃: qđ deus ſcilicet timendus
metuẽduſq; ſit: ijs uidelicet: q ut ſunt aio deprauato: diui
nam ſubſtãtiã neq; uerent̃ neq; uererant̃: quippe quã eſſe
nullã putẽt. Ex quorũ numero te nõ eſſe exiſtimãdũ: quæ
ſtiones tuæ dilucidum præbẽt argumentũ. Vale. Ex Me
diolano idibus Februarijs. M.cccc.xxxxv.

Franciſcus Philelfus ſal. di. plu. Franciſco barbaro

q Vem ego hac tẽpeſtate putẽ ex græcis hoib⁹ græcos
cæteros doctrina eloquẽtiaq; præſtare: quæris a me
rem pfacilẽ iudicatu. Honos alit artis. Cicero noſter inqt:
oẽſq; incẽdimur ad ſtudia glĩa. Quẽ inquã honorẽ nũc pu
tes apđ græcos ppoſitũ bonis artib⁹ atq; diſciplinis in tan
ta græciæ toti⁹ iopia: Legi ad hippodromũ Cõſtãtinopol
in marmoreis qbuſdã lapidib⁹ ſub pulcherrio illo obeliſco
uerſ⁹ quoſdã ad ptẽ ãteriorẽ obeliſci latios: ad poſteriorẽ
ãt græcos & utroſq; heroicos: & itẽ utroſq; admodũ ieptoſ

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-153/0171
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG